CATA
LOGUS
PLAN
TARIUM



SIR HANS SLOANE, Bart., P.R.S.
1660—1753

From an oil painting in the Board Room
BRITISH MUSEUM (NATURAL HISTORY)

H 21

Printed by Waterlow & Sons Limited

CATALOGUS PLANTARUM

QUÆ IN

INSULA JAMAICA

Sponte proveniunt, vel vulgò coluntur, cum earundem Synonymis & locis natalibus; adjectis aliis quibusdam

QUÆ IN

Insulis Maderæ, Barbados, Nieves, & Sancti Christophori nascuntur.

Seu Prodromi

Historiæ Naturalis Jamaicæ

Pars Prima.

Autore *HANS SLOANE*, M. D. Coll. Reg. Med. Lond. nec non Soc. Reg. Lond. Soc.

LONDINI:
Impensis *D. Brown*, ad Insigne Cygni & Bibliorum extra Portam vulgò dictam *Temple-Bar*.
MDCXCVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Illuſtriſſimis Doctiſſimiſque Viris

Præſidi, Concilio, & Sociis

Clariſſimæ Societatis Regiæ Londinenſis ad promovendam Scientiam Naturalem inſtitutæ,

NEC NON

Præſidi, Electoribus, Cenſoribus

ET

Sociis Celeberrimi Coll. Reg. Med. Lond.

Quorum auſpiciis Hiſtoria Naturalis & Medica quotidiè augetur, hunc qualemcunque Tractatulum in Obſervantiæ & Gratitudinis Teſtimonium

Dedicat

AUTOR.

A PRÆ-

PRÆFATIO.

NONUS jam agitur annus ex quo navem conſcendi in comitatu Illuſtriſſimi Principis Ducis Albemarliæ Supremi Inſulæ Jamaicæ Gubernatoris, Medicinam facturus eidem Principi. Inter Navigandum, in Maderæ, Barbados, Nieves, Sancti Chriſtophori & Jamaicæ Inſulis, dum illic commorabar, horis ſubceſivis & à praxi medica vacantibus (cui aliàs primo loco ex officii ratione incumbendum erat) res naturales, quantum in me erat & adverſa valetudo ſinebat, obſervavi; obſervatas plerumque chartæ, aliquando tamen propter loci incommoditates, memoriæ commiſi. Brevi temporis ſpatio in hiſce regionibus novis & magno intervallo ab Europa noſtra diſſitis, vegetabilia, mineralia, & animalia nonnulla inveni prorſus eadem quæ in Europa ſæpiſſime videram & tractâram. Citò etiam deprehendi ex quamplurimis à me notatis & novis creditis, in itinerariis at-

que Hiſtoriæ Naturalis Scriptoribus, quædam optime, nonnulla aliqualiter deſcripta fuiſſe; alia propter hanc vel illam virtutem medicam, hunc vel illum mirum effectum iamdudum memorata. Animadverti pariter quoſdam ex Scriptoribus hiſce (quibus multum tamen debemus) res naturales Indicas & Exoticas minus accuratè & exquiſitè cum Europæis contuliſſe & comparaſſe: Ita ut de Vegetabilibus, exempli gratiâ, agentes, quum ſolummodo unius vel alterius arboris Europeæ paſſim obviæ (ſcil. vel Juglandis vel ficus vel pyri) ideam ſe retinere crederent, plantam illam raram & novam hic Viator Juglandi, ille ficui, vel pyro ſimilem eſſe retulerunt; Unde Naturalis Hiſtoriæ Collectores & Excerptores, qui accuratioribus deſcriptionibus aſſueti erant, & earum rerum nullam aliam cognitionem habebant, præter eam quam ab iis hauſerant, rem unam & ſpecie prorſus eandem in variis regionibus à diverſis Obſervatoribus repertam & diſſimiliter deſcriptam, aliquando bis, ter, quater, (imò reperiuntur Autores magni nominis qui novies) repetivere vel poſuere, hoc eſt, Recenſent, uti credunt, novem ſpecie diſcrepantes Plantas;

tas; cum tamen re vera sit una & eadem Planta in regionibus longè ab invicem sejunctis nominata vel commemorata. Hinc Plantarum investigatio tanquam res ardua, maximo medicinæ & bonarum artium damno à plerisque relinquitur. Unde libellum hunc editurus necessarium duxi, ne jam descriptas pro novis & non descriptis Plantis exhiberem, Synonyma earum ex Navigantibus & res naturales commemorantibus ab initio colligere, ut confusio aliàs necessaria oritura tolleretur, & ut Lector quantum dictum sit, apud hujus generis Autores, quos mihi evolvere contigit, videat: In quibus tradendis si descriptio, figura, titulus, vel solummodo nomen (unde de locis herbarum natalibus nobis constat) Autoris à me citati, cum Planta à me observatâ exactè quadret, nullus dubito quin sit una & eadem specie planta; si vero in pauciſſimis differat, ut suspicari fas sit, talem differentiam potius varietatem esse ejusdem Plantæ, ratione cœli, soli, culturæ, ætatis, speciminis, stirpis benè aut secus siccatæ, aut partium ejusdem defectum seu situm mutatum, vel denique si meæ observationes sint minus accuratæ, re ita

se

se habente, talia synonyma nota interrogationis sequitur, ut sciat Lector me dubium esse, an una & eadem sit hæc cum illâ à me observatâ, an verò potius ejusdem varietas, vel naturæ lusus. Autores hujusmodi materiam tractantes rogatos velim, ut non iniquè ferant talem hæsitantiam, cum ipse (quamvis oculatus ut plurimum testis & speciminibus à memet ipso in locis ubi sponte nascuntur, collectis, nec non descriptiunculis instructus) de multis Plantis recensitis in hoc opusculo tanquam specie discrepantibus, incertus hæream; Neque dubito quin plures omnis generis errores in hac, brevi licèt, opellâ reperiantur, pro quibus argumenti utilitas, obscuritas, confusio, (sed potissimùm mea tenuitas, & tot ac tantis difficultatibus enodandis imparitas) Lectoris veniam impetrent. Complures hîc traditas conjecturas, non sine causa aut gratis dictas, videbit benevolus Lector quando (Deo mihi vitam largiente) conspiciet descriptiones in locis natalibus exaratas, & figuras ad naturalem magnitudinem delineatas, æri partim jam incisas, partim adhuc incidendas; nec non virtutes &

usus

uſus Vegetabilium hîc commemoratorum: Quæ quidem omnia (ut & ſecundam prodromi hujus partem) & Hiſtoriam Animalium & Mineralium in iiſdem locis obſervatorum certiſſimè in lucem edere decrevi.

CATA-

CATALOGUS PLANTARUM Insulæ Jamaicæ, &c.

Plantæ Submarinæ.

COrallium asperum candicans adulterinum. J. B. lib. 39 cap. 33. Raij. hist. p. 62. Gypsum quod coralloides cognominari potest. Gesn. lap. fig. cap. 10. Corallium asperum candicans an Gesneri gypsum coralloides. Chabr. p. 573. Copiose provenit in fundo maris & vadis circa insulas Jamaicam & Hispaniolam

Corallium album pumilum nostras. Raij. hist. p. 62. Corallium album Ger. p 1576. quoad descr. An Corallium album minus. Park. p. 1300 ? cum priori.

Corallium album porosum maximum muricatum. Frutex coralloideus. Worm. mus. p. 232. An poro grande Imperat. lib. 27. cap. 3? Porus corallo affinis 1. sive magnus. C. B. pin. p. 367? Porus magnus. J. B. histor. plant. lib 39. cap. 34? Raij. hist. p. 63? An poro ramoso. Imperat. lib. 27 cap. 3? Porus corallo affinis 2. ramosus. C. B pin. p. 367? Porus ramosus. J. B. lib. 39. cap. 34? Raij. hist. p 63? An corallij albi varietas aspera & striata. C. B. pin. 366? Corallium candidum Laet. lib. 15. c. 13. p. 575? Pezzi di Corallo attacate alle punte delle ancore Fernan. Colon vita di Cristofor fol. 97? *White Coral of* Davis. Purchas. lib. 3 cap. 1. sect. 5. p. 135? *of* Payton. ib. lib. 4. cap. 15. sect. 2. p. 533? *Counter-*

feit

feit Coral of Lancaster. ib. lib. 3. cap. 3. sect. 2. p. 151? *Coral of* Hawkins. ib. lib. 3. cap. 7. sect 3. p 215? *of* Hatch. ib. lib. 5. cap. 4. p. 621? *of* Knivet. ib. lib 6. cap. 7. sect. 5. p. 1240? *Aquiry Coral blanc des Maldives. de* Pyrard. cap. 10. p 72? *Coral blanc du* Tertre p. 194. *White Coral of* Hughes. p. 2 Fundo maris circa Jamaicam, Hispaniolam, Caribeas sive Antilles dictas Insulas, locis vadosis copiosissime innascitur.

Corallium porosum, album, minus, muricatum Planta saxea Ἀβροτονοειδὴς. Clus. Exotic. lib. 6. cap. 7. Abrotano similis saxea C B. pin. 365. Abrotonoides planta saxea. J. B. lib 39. p. 808. Chabr. 574. Abrotonoides saxea sive abrotoni fœminæ similis planta saxea. Park. p. 1302. *An White Coral of an Anonymus Portugal.* Purchas. lib 7. cap. 1. p. 1316? Arbuscula coralloides. Pis. p. 265. An Rochers. du Tertre. p. 194? An Corallo stellato. Imper. lib 27 cap. 4? Corallium 8. album stellatum. C. B. pin p 366? Corallium stellatum minus album. J. B. lib 39. cap. 33? Park. 1300? Raij. hist 62? Chabr. 573? An Corallium in cinereo albescens. Calceol. mus. 7. cum priori, unde frequenter cum aliis maris purgamentis in littus ejicitur.

Corallium, porosum, album, latissimum, muricatum. In maris fundo copiose provenit juxta Pelican point prope *Port-Royal.*

Corallium minimum capillaceum. In littora maris ejiciebatur prope locum dictum *the Palisadoes*, non procul ab urbe *Port-Royal* dicta.

Lapidis astroitidis sive stellaris tertium genus. Boet. de Boodt. lib. 2. cap. 146. fig. B. La pierre astroites undulatus Molinet. p. 224. *Brain stones.* in mari circa Jamaicam, Hispaniolam, & Caribeas dictas Insulas, locis vadosis copiosissime magnitudine & figura variantes lapides astroitides inveniuntur.

Lapidis astroitidis sive stellaris primum genus. Boet. de Boodt. lib. 2. cap. 146. Une pierre étoilée. Molinet. p. 221. Astroites Worm. mus. p. 68. *Star Stones.* cum priori.

Lapidis astroitidis sive stellaris secundum genus. Boet. de Boodt. lib. 2. cap. 146. *Sea Rose.* ibid. cum priori.

Fungus lapideus major undulatus. Une morille. Molinet. p. 220. cum præcedentibus.

Fungus lapideus minor. C. B. pin. 375. Fungus saxeus minor. Clus. lib. 6. cap. 10. J. B. lib. 39. cap. 60. Raij. hist. p. 66. ibidem cum præcedentibus.

Frutex

Frutex marinus Elegantissimus Clusij. Exot. lib. 6. cap. 2. Worm. mus. 234. Planta marina retiformis Clus. ib. cap. 3. Corallina cortice reticulato maculoso purpurascente. C. B. pin. p. 366. Raij. histor. p. 67. Corallina reticulato cortice altera. Ejusdem. ib. Raij. histor. p. 67. Frutex marinus reticulatus. Ger. emac. p. 1616. Frutex marinus elegantissimus albus corallium nautis. J. B. lib. 39. cap. 45. planta marina retiformis. ejusd. ib. cap. 46. Frutex marinus elegantissimus; palma marina Theophrasti quibusdam Chabr. p. 576. planta marina retiformis ejusd. ibid. Pennaches marines. du Tertre. p. 193. *Sea feather of* Smith *of Summer Isles.* p. 171. *Sea Fann or Sea Feather of* Hughes. p. 8. Corallina reticulata plana purpurascens. Park. p. 1297. Planta retiformis Calceolar. p. 16. Messicana coralloide. mus. sept. p. 43. La plante arbor coralloides. Molinet. p. 207. Frutex marinus elegantissimus; planta saxea. Contant. p. 5. *Sea Fann.* Frutex marinus maximus seu flabellum marinum maximum. *Of Dr.* Grew in mus. p. 245. In profundo maris Jamaicensis scopulis & rebus solidioribus innascitur copiose, unde frequenter in vicinum littus ejicitur.

Corallina fruticosa humilior & crassior ramis quaquaversum expansis superficie tuberculata. An corallina rugosa. Park. p. 1297? An corallina fruticosa recta alba punctata lutea vel purpurea. C.B.pin. p. 366. Raij.p. 68? An Lithophyton marinum. Gesn. de fig. lap. cap. 11? Corallina rubens & alba antipathis facie, an Quercus marina folio myricæ Theoph. Lob. obs. p.650? Icon. p. 252. tom. 2? Corallina alba lutea & rubra. Tab.p. 839. & 840? Coralliis similes frutices corallinæ vocatæ. Cæsalp. lib. 16. cap. 34? Corallium album & rubrum. Lob. Lugd. p. 1375? Mosco marino fruticoso. Castor. Durant. p. 286? vel corallina cordiale. Giunco petroso Anguillar. p. 194? Coralloides fruticosa planta marina rectior. J. B. lib. 39. cap. 43? Coralloides albicans & rubens. Ger. emac. p. 1576, & 1577? Corallina fruticans alba vel rubra. Park. p. 1296. An Coralloides granulosa alba. J. B. lib. 39. cap. 49? In littoribus omnibus insulæ Jamaicæ inter alia maris purgamenta frequentissime invenitur.

Corallina fruticosa elatior ramis quaquaversum expansis teretibus. *Sea Feather.* Scopulis in profundo maris innascitur unde frequenter à fluctibus in littora insularum Jamaicæ & Hispaniolæ ejicitur.

Corallina fruticosa ramulis & cauliculis compressis quaquaversum expansis purpureis elegantissimis. Hanc corallinam elegantissimam in littus arenosum, insulæ parvæ Hispanis Cayos dictæ prope *Port-Royal* ejectam inveni.

Corallina opuntiodes, ramulis densioribus, & foliis magis sinuatis atque corrugatis. In omnibus hujus insulæ littoribus, ejectam hanc corallinam, copiosissime collegi.

Corallina major, nervo crassiori fuciformi, internodia breviora nectente. Ejiciebatur in littus maris prope locum dictum *Palisadoes* non procul ab urbe *Port-Royal*.

Corallina nervo tenuiori, fragiliorique internodia longiora nectente. Corallina fistulosa fragilis posterior. J. B. tom. 3. lib. 39. p. 811. Chabr. p. 578. Corallina fistulosa fragilis, internodiis prælongis, levibus, albis farciminum modo catenatis. Plukenet. tab. 26. fig. 2. cum priori.

Corallina minima capillacea. In maris Jamaicensis omnibus littoribus sæpissime ejectum collegimus.

Fucus marinus vesiculas habens membranis extantibus alatas. Rupibus fere omnibus maris Jamaicensis innascentem observavi.

Lenticula marina serratis foliis. Lob. obs. p. 653. Icon tom. 2. p. 256. Hist. Lugd p. 1397. Tab. 2. 217. Ger. p. 1615. Park p. 1281. Fucus folliculaceus decimus sive serratis foliis. C. B. pin. p. 365. Fucus folliculaceus undecimus sive maritimus bacciferus. ejusd. ib. Herba tra verde & Gialla che sopra la superficie dell'acqua si vedeva. Fernan. Colon. p 30. Herbe rendant la mer trouble & herbue de Lery. chap. 21. Herbes presque semblables à nos genevres couvrans la mer de Thevet. fol. 146. Cosmogr. 1001. Salgazo. Ovied. Sargasso Linschot. Christ. Acost. Lugd. 1918. Pison. p. 266. du Tertre. p. 93. Yerva que parecia prado de Lopes de Gomara. fol. 20 Sargasso *of* Mandelslo. p. 219. Rockweed *of* Welsh Hakluyt. p. 2. p. 128. *Weeds in the sea of* Cliffe *in Winters Voyage*. ibid. p. 3. p. 753. *Of* Fenton ib. p. 767. *Grass or Herbs of the water of a pale green colour*. Purchas. lib. 2. cap. 5. *Weeds of* Tatton. ib. lib. 3. cap. 15. p. 332. *Of* Payton. ib. lib. 4. cap. 15. sect. 3. p. 535. Goymon que les Portugais appellent Sargasso de Pyrard. p. 2. p. 214. In omnibus fere rupibus aqua marina opertis circa insulam Jamaicensem copiose crescit; unde à fluctibus in littora vicina non solum ejicitur, sed etiam currentium impetu abrupta & per fretum

Floridanum vecta magnam partem maris Americani borealis implet.

Lenticula marina foliis latis brevibus serratis. In littora marina ejectam hanc plantam frequenter inveni.

Lenticula marina foliis latis breviſſimisque ibid. cum priori.

Fucus fæniculaceus seu coralloides lenta fæniculacea cauliculis longioribus, gracilioribus & densioribus. Supra scopulos aqua marina opertos prope *Passage Fort* copiose crescentem inveni.

Fucus fæniculaceus seu coralloides lenta fæniculacea minor. Rupibus aquâ marinâ opertis innascebatur, unde in littora hujus insulæ crebro ejiciebatur.

Fucus fæniculaceus minimus. Inter alia maris recrementa frequenter ejectum collegi.

Fucus minimus denticulatus triangularis. cum priori.

Fucus marinus coralloides minor fungosus albidus teres segmentis in summitate planis. In littora maris à fluctibus marinis frequenter ejiciebatur.

Alga anguſtifolia vitrariorum. C. B. pin. p. 364. J. B. tom. 3. lib. 38. p. 794. Raij. hist. p 75. Alga Cæsalp. p. 604. Imperat. p 651. Alga marina Lob. Icon. tom. 2. p 248. Fucus sive alga marina graminea hist. Lugd. p 1373. Fucus sive alga marina graminea ejusd. ib Alga. Ger. emac. p. 1569. Alga Veneta. C. B. Not. in Math. p. 796. Fucus marinus sive alga marina graminea. Park. p. 1291. Ulva. J. B. tom. 3. lib. 39. p. 796. Alga & Ulva Chabr. p. 569. Alga marina. Lacun. p. 440. In vadis limosis circa *Pelican* point prope *Port Royal* copiose crescentem inveni.

Alga marina graminea anguſtiſſimo folio. A fluctibus in littora nonnunquam expellitur.

Alga Juncea sive juncus marinus radice alba geniculata. *Manati grasse*. Copiose fluctuantem circa promontorium *Point Pedro* dictum observavi & collegi.

Fucus maritimus gallo pavonis pennas referens. C. B. prod. p. 155. Raij. p. 75. Park 1294. Alga maritima gallo pavonis plumas referens. C. B. pin. 364. Crescit supra scopulos in fundo maris aqua marina opertos, unde in littora hujus insulæ frequenter ejicitur.

Alga latifolia prima sive muscus marinus lactucæ folio. C. B. pin. p. 364. Bryon thalassion, *Slank of* Turner. Bryon Theophrasti Cæsalp. p. 606. Lichen marinus. Ger. emac. p.

1566. Raij. hiſt. p. 77. Lactuca marina. C. B. Not. in Math. p. 795. Muſcus marinus alter vel Plinij. Math. ib. Lichen marinus. Tab. p. 2. p. 518. Muſcus marinus latifolius. Dod. lat. fol. p. 477. Groen zee Moſch, met breed bladeren. ejuſ. Belg. p. 788. Muſcus marinus Plinij Math. Lugd. p. 1368. Moſco marino ſecondo. Durant. p. 302. Bryon lactucæ foliis Plin. Lob. Icon. tom. 2. p. 247. Bryon lactucæ foliis Plin. Muſcus intybaceus criſpus marinus. Fuci prima ſpecies Dioſc. Lactuca marina Herbariorum. Lob. obſ. p. 617. Lactuca marina ſive intybacea. J. B. tom. 3. lib. 39. p. 801. Lactuca marina Bryon Theophraſti Dioſcoridis & Plinij. Chabr. p. 572. Fucus marinus lactuca marina dictus. Park. p. 1294. Therapidio da Crateva. di Anguillara. p. 171. Lactuca marina. Imper. p. 646. *Oyſter green.* Cum aliis maris purgamentis in littus copioſe & ubique ejicitur.

Muſcus marinus plumiformis ramulis & foliis denſiſſimis capillaceis. In inſulæ Maderæ littus, ejectam hanc plantam prope locum Funchall dictum inveni.

Pila marina ſubrotunda, compreſſa, mollis. In littora ejectam à maris fluctibus reperi.

Spongia globoſa di Imperat. p. 365. C. B. pin. p. 368. J. B. tom. 3. lib. 39. p. 816. A maris fluctibus in littus ejectam inveni.

Spongia dura ſeu ſpuria major, alba, fiſtuloſa, fibris craſſioribus cum priori.

Spongia dura ſeu ſpuria maxima ramoſa fiſtuloſa. Alcyonium monſtroſum Cluſ. de Exot. lib. 6. cap. 12. p. 126. Alcyonium cheirothecæ facie ejuſd. ib. Alcyonium 9 cervi cornua cum cranii parte referens. C. B. pin. p. 368. Alcyonium cheirothecæ facie ejuſd. ib. Alcyonium peregrinum Nieremb. p. 293. Drackenæ radici affinis contrayerva radix Chabr. p. 245. quoad fig. An ſpongie velari. Imper. p. 636. An ſpongiæ velares? C. B. pin. p. 368? J. B. tom. 3. lib. 39. p. 816? Raij. hiſt. p. 81? vel an Alcyonio mole, alcyonio quarto. di Dioſcoride. Imper. p. 640? Alcyonium molle, vel 4. Dioſcor. Imper. p. 368? Alcyonium molle Imper. J. B. tom. 3. lib. 39. p. 817? Raij. hiſt. p. 82? Chabr. 579? Arbuſcula ſpongioſa. Piſ. p. 265. In vadis limoſis juxta *Pelican* point prope *Port Royal* copioſe provenit inter coralia, unde particulæ à fluctibus abruptæ frequenter in littus vicinum ejiciuntur.

Spongia

Spongia dura seu spuria ramosa altissima. cum præcedenti.

Spongia dura seu spuria, superficie apicibus acutis extantibus aspera, intus cavernosa. An spongie Hircine. Imper. hist. Nat. p. 636? Spongia quarta seu Hircina. Imper. C. B. pin. p. 368? J. B. tom. 3. lib. 39. p. 814? Raij. hist. p. 81? Spongia marina fistulosa maxima muricata an spongia ramosa fistulosa. C. B. pin. Pluken. tab. 112. fig. 4? Cum aliis recrementis marinis in littus frequenter ejicitur.

Spongia minor & mollior medullæ panis similis fibris tenuissimis. An Alcionio foraminoso, Alcyonio quarto di Dioscoride, Imper. p. 641? Alcyonium quintum seu foraminosum vel quintum Dioscoridis Imp. C B pin 368? An Fuchsis marina nostra similis medullæ panis Donati. Spongia ramosa fistulosa Veneta. Park. p 1305? Nonnunquam sed raro à fluctibus in littus ejiciebatur.

Pila marina velut ex ampullis constans ad Spumæ similitudinem. C. B. pin. 368. Spuma maris Cæs. p. 608. Vesicaria marina non ramosa J. B. tom. 3. lib. 39. p 818. Chabr. 580. *Sea-blobber of* Grew, Mus. p. 250. Ultra locum *Palisadoes.* dictum prope *Port royal* in ripam maris frequenter ejiciebatur.

Vesicaria marina non ramosa, ex ampullis majoribus pancioribus sinuatis auriculæ instar constans, cujus superficies favi instar notantur. Cum priori.

Vesicaria marina non ramosa è vesiculis infundibuli forma membrana undulata extante coronatis constans. Mense Decembri à fluctibus in littus prope Palisadoes ejectam reperi.

Fungi lichenes muſci.

FUngi Math. p. 776. Lugd. p. 1587. Lac. p. 429. Dod. p. 481. Caſt. Durant. 177. fungorum ſecunda ſpecies. Lon f 53. Fungus campeſtris albus ſuperne, inferne rubens, J. B. tom. 3. lib. 40. p. 824. Chabr. p. 581. Raij p. 87. Hiſt. Fungus Eſculentus 12. Park. p. 1317. Fungus candicans. Steerbeck p. 47. tab. 2. lit. E. Amanitæ vel boleti vulgares fungi qui vulgo coqui ſolent. Trag. p. 939. Fungi vulgatiſſimi eſculenti. icon. Lob. p. 271. Ger. Emac. p. 1579. Fungus eſculentus 13. ſive pileolo lato & rotundo livido. C. B. pin. 370. Fungi communi di Imper. p. 634. Fungi prateoli Cæſalp. p. 618. In pratis Savannas dictis copioſe poſt pluvias proveniunt.

Fungi albi venenati viſcidi, J. B. tom. 3. lib. 40. p. 826. Chabr. p. 582. Raij Hiſt. p. 94. Steerbeck p. 206. tab. 20. lit. K. An Carapucu ſive fungi. Piſ. p. 309? cum priori.

Fungus noxius primus vel membranaceus auriculam referens ſive Sambucinus C.B. pin. p. 372. An Orecchivola fungo, di Imper. p. 634? Primum genus pernicioſorum fungorum. Cluſ. de fung. p. 276. Fungi Sambucini Schwenckf. p. 80. Fungus ad Sambucum, Trag. p. 941. Fungus Sambucinus ſive auricula Judæ, Ger. emac. p. 1481. Sambuci fungus, J. B. tom. 1. p. 549. Fungus auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus in Sambuci caudice naſcens, Ej. tom. 3. lib. 40. p. 840. Fungus eſculentus 32. ſive fungus Sambucinus Park. p. 1320. Fungus auriculæ Judæ coloris ex cineraceo nigricantis pernicioſus Chabr. p. 588. Fungus Sambuci, Steerbeck p. 256. fig. 26. lit. H. In ſylvis caudicibus arborum innaſcentem obſervavi.

Fungus ramoſus minor corrugatus ex albido luteus è radicibus arborum proveniens. An fungus ramoſus niger compreſſus parvus apicibus albidis, Raij Hiſt. p. 104? An fungus digitatus niger velut cornua exprimens, J. B. tom. 3. lib. 40. p. 838? Poſt pluvias in umbroſa ſylva è radicibus arborum pullulare obſervavi, in cujuſdam torrentis Gully dicti ripis, non procul ab urbe St. Jago de la Vega.

Muſcus

Muscus arboreus ramosus, J. B. tom. 3. lib. 37. p. 764. Raij hist. 115. Foglio diramato, mosco arboreo. Imper. p. 649. Muscus alter lævis latifolius coralloides ἄφυλλον. Col. min. cogn. p. 335. Muscus arboreus v. vel coralloides. C. B. pin. p. 361. Muscus arboreus 4. sive alter quernus latifolius coralloides, Park. p. 1311. Corticibus omnium fere arborum aridarum aut senio confectarum ubique innascitur.

Muscus arboreus 3. seu cum orbiculis, C. B. pin. p. 361. Raij Hist. 115. Muscus fœniculaceus, Lugd. p. 1325. Muscus quernus fruticosus τρυκόφυλλος, atque σκιαδικοτύληδος δασυακτινοειδης, Col. min. cogn. stirp. p. 333. Muscus ramosus floridus, Tab. tom. 2. p. 514. Ger. emac. p. 1560. Schwenckf. p. 141. Muscus quercinus fœniculaceus, Park. p. 1311. Ciottolara mosco arboreo, Imper. p. 649. Muscus arboreus peltatus & scutellaris, J. B. tom. 3. lib. 38. p. 764. An muscus ramosus, Tab. tom. 2. p. 513. Ramis & ramulis arborum seniorum frequenter innascitur, præsertim in partibus hujus insulæ septentrionalibus.

Muscus tenuis & capillaceus cinerei coloris è ramis ilicis dependens, Clus. rar. plant. hist. p. 23. Dod p. 829. Muscus arboreus secundus seu capillaceus longissimus, C. B. pin. p. 361. Muscus arboreus primus seu usnea officinarum, Ejusd. ibid. Raij hist. p. 114. Mosco arboreo, Cast. Dur. p. 300. Ilicum excrescentia tertia, sive muscus iligneus, Park. p. 1396. Mosco degli alberi, Anguill. p. 38. Muscus arboreus, Math. ed. Bauh. p. 65. Lugd, p. 1323. Dod. p. 471. Trag p. 946. Thal. p. 77. Muscus in arboribus nascens quam officinæ usneam vocant. Lon. p. 55. Muscus arborum Tabern. p. 513. Muscus Quernus. Lob. obs. p. 583, & 643. icon. p. 242. Tom. 2. Ger. emacul. p. 1558. Illud musci genus quod privatim Splachnon vocant. Casalp. p. 603. Muscus Cord. in Dioscor. p. 7. Muscus arborum. Lac. p. 28. Schwenckf. p. 139. Muscus arboreus 1. seu vulgaris & quercinus Park. p. 1311. Muscus arboreus villosus. J. B. Tom. 3. Lib. 37. p. 763. Muscus usnea bryon. Chabr. p. 559. Muscus quercuum & aliarum arborum. J. B. tom. 1. lib. 6. p. 88. Chabr. p. 56. An Laricus muscus. J. B. tom. 1. lib. 9. p. 273? Muscus arboreus quercinus. Bod. à Stapel in Theoph. p. 156. Quercus excrementum 4. sive villosum. Johnst. Dendrolog. p. 195. Dendrobryon geniculatum Col. min. cogn. stirp. part. alter. p. 84. Muscus arboreus sextus seu nodosus. C. B. p. 361. Muscus arboreus 5. sive nodosus geni-

geniculatus. Park. p. 1311. Barbuto moſcho arboreo. Imper. p. 652. Muſcus arboreus barbatus. J. B tom. 3. lib. 38. p. 764. Il muſco arboreo detto da Geci bryon. di Pona de monte Baldi p. 336. Muſcus arboreus à Græcis Bryon. Pon. Bald. Cluſ. 345. In tractibus Jamaicæ inſulæ ſeptentrionalibus muſcum hunc è ramis arborum dependentem collegi.

Muſcus arboreus ſeptimus ſive pulmonarius, C. B. pin. p. 361. Raij hiſt. p. 116. Pulmonaria, Fuchſ. p. 637. Dorſtein. f. 240. Lon. fol. 219. Trag. p. 524. Dod. p. 474. Cæſalp. p. 602. Matth. p. 733. Lac. p. 40. Tab. tom. 2. p. 273. icon. Roeſſlin. f. 23. Bot. Francof p. 97. Pulmonaria inter muſci genera arboribus adhærens. Geſn. hort. Germ. f. 274. Lichen arborum, Tab. p. 517. tom. 2. Ger. p. 1566. Muſcus pulmonarius ſive pulmonaria officinarum, Lob. obſ. p. 647. Icon. tom. 2. p. 248 Schwenckf. p. 140. Pulmonaria prima Caſt. Durant. p. 370. Pulmonaria fungoſa, Lugd. p. 1327. Pulmonaria vulgaris, Thal. p. 89. Muſcus pulmonarius ſive Lichen arborum, Park. p. 1311. Lichen arboreus ſive pulmonaria arborea, J. B. tom 3. lib. 37. p. 759. Pulmonaria, lichen arboreus Chabr. p. 558. Pulmonaria moſco di Imper. p. 649. Pulmonaria lichenis quoddam genus, Cæſalp. p. 602. In caudicibus arborum grandiorum frequenter reperitur.

Muſcus cruſtæ aut lichenis modo arboribus adnaſcens cinereus, Raij hiſt. p. 116. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens colore cinereo, C. B. pin. p. 361. Lichen Dioſcoridis & Plinij ſecundus colore cinereo. Col. minus cogn. ſtirp. p. 330. An muſcus lapideus Schwenckf. p 142? an muſcus tegularum Ej. ib? Caudicibus & ramulis arborum aridiorum ubique innaſcitur.

Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens flavus, Raij hiſt. p. 116. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens colore flaveſcente, C. B. pin. p. 361. Lichen Dioſcoridis & Plinij ſecundus colore flaveſcente, Col. min. cognit. ſtirp. p. 330. Ibidem cum priori.

Muſcus arboreus minor cavus corniculatus albidus. Muſcus corniculatus. Tab. 2. t. 2. p. 515. J. B. tom. 3. lib. 38. p. 767. Chabr. p. 561. Park. p. 1308. Ger. quoad deſcript. p. 1562. Ex arbore proſtrata & aridâ enatum inter locum dictum *Mountaine river & Coll. Copes Plantation* collegi.

Lenticula paluſtris, Trag. p. 689. Cæſalp p. 612. Tab. t. 2. p 218. Schwenckf. p. 121. Lens paluſtris, Ger. emac. p. 829.

Lon.

Lon. f. 175. Matth. ed. Bauh. p. 783. Lugd. p. 1014. Lacun. p. 433. Lob. obs. p. 643. Icon. p. 249. Bot. Francof. p. 249. Turner, p. 2. f. 33. Cord. in Dioscor. fol. 68. Bod. à Stapel. Not. in Theoph. p. 460. J. B. tom. 3. lib. 38. p. 784. Chabr. p. 566. Ambros. h. p. 37. Raij, hist. p. 117. Lenticula adv. p. 129. Lenticula aquæ Brunfels. tom. 3 p. 118. Lens lacustris, Dod. p. 587. Lente palustre di Ang. p. 275. Cast. Durant. p. 25[illegible]. Lenticula aquatica, Thal. p. 73. Lens palustris sive aquatica vulgaris, Park. p. 1262. Lenticula prima sive palustris vulgaris, C. B. pin. p. 362. Omnibus fere aquis stagnantibus innatat.

Lenticula palustris quarta sive quadrifolia, C. B. pin. p. 362. Raij hist. 118. Lens palustris altera Matth. p. 783. Lugd. p. 1015. Lemma Theophr. Ej. p. 1014. Lenticula palustris secunda Tab. tom. 2. p. 218. Lente palustre Cast. Durant. in fig. Lenticulæ palustris alterum genus Cæsalp. p. 612. Lens palustris quadrifolia, J. B. tom. 3. lib. 38. p. 785. Chabr. p. 566. Park. 1262. In omnibus aquis stagnantibus atque cœnosis pigris ubique reperitur.

Lenticula palustris sexta vel Ægyptiaca sive stratiotes aquatica foliis sedo majore latioribus, C. B. pin. p. 362. Stratiotes, Hai alem maovi. Alp. de plant. Ægypt. p. 106. Stratiotes Ægyptia Dioscoridis. Vesling. Not. in Alpin. p. 44. Stratiotes Ægyptia, J. B. tom. 3. lib. 38. p. 787. Stratiotes Ægyptia, Stratiotes Antiquorum, Chabr. p. 567. Stratiotes aquatica vera Dioscordis & Ægyptiaca, Park. p. 1249. Aquis stagnantibus insularum Barbados vel Maderæ innatantem inveni.

Fucus sive alga Capillaceo folio 1 vel alga viridis Capillaceo folio, C. B. pin. p. 364. Raij hist. p. 118. Conferva di Anguill. p. 193. An Tomento moscho O Conferva di Imper. p. 650? Lino aquatico Ej. ib. Conferva Plinij Lob. obs. p. 654. Icon. t. 2. p. 257. Lugd. 1023. Conferva Lon. t. 2. f. 57. Conferva Plin. Math. p. 795. descript. Conferva, Geremac. p. 1570. Alga aquatilis capillacea sive Conferva Plinij aliis linum aquaticum, Park. p. 1261. Conferva Plinij repens Ambrosiu. h. p. 21. Conferva trichodes, Conferva Plinij & Lobelij Chabr. p. 570. An fucus sive alga capillaceo folio quarta vel alga in tubulis aquam fontanam ducentibus, C. B. Pin. p. 364. In omnibus aquis stagnantibus vel fluviis pigrioribus.

Muscus

Muſcus terreſtris repens quartus ſive Muſcus filicinus major, C. B. pin. p. 360. Muſcus filicinus Ger. emac. p. 1561, Tab. tom. 2. p. 514. Schwenckf. p. 142. J. B. tom. 3. lib. 38. p. 764. Park. 1309. Chabr. 559. *Fern Moſs.* In ſylvis umbroſis ad radices arborum frequenter invenitur.

Muſcus terreſtris repens ſeptimus ſive muſcus denticulatus major. C. B. pin. p. 360. Muſcus terreſtris denticulatus Lob. obſ. p. 644. Icon. tom. 2. p. 243. Lugd. p. 1325. Muſco terreſtre denticolato del Lobellio Pon. Monte Baldo. p. 336. Muſcus terreſtris denticulatus prior. Lobellij Ej. Cluſ. p. 345. Muſcus ſecundus Tab. tom. 2. p. 515. Muſcus denticulatus. Ger. emac p. 1561. Muſcus terreſtris minor. Dod. p. 472. Schwenckf. p. 141. Muſcus denticulatus major. Park. p. 1307. Muſcus pulcher parvus repens J. B. tom. 3. lib. 38. p. 765. Chabr. p. 559. Muſcus terreſtris dentatus Munt. pl cult. p. 533. Planta muſcoſa & plumoſa Guayanenſis perelegans minor. Breyn. cent. 1. p. 194 Muſcus repens ſquammoſus. Plum. p. 36 fig 24 b. Collibus propè ripas fluvii Rio Cobre dicti copioſè creſcit.

Muſcus terreſtris latioribus foliis major ſeu vulgaris. Raij. hiſt. p. 122. Muſcus terreſtris & hortenſis J. B. tom. 3. lib. 38. p. 764. Chabr. p. 559 *The moſt common earth moſs.* Ad arborum radices in ſylvis mediterraneis montis Diablo dicti aliquando reperitur.

Muſcus terreſtris repens minor, ramulis circa extremitates conglomeratis foliis capillaceis. Ad radices arborum in ſylvis umbroſis mediterraneis.

Muſcus terreſtris repens major, ramulis circa extremitates conglomeratis foliolis multis & minimis capillaceis caulem occultantibus. cum præcedentibus.

Muſcus terreſtris minor repens, cujus ramuli foliis multis & minimis ſeriatim quadrato ordine diſpoſitis cinguntur. cum præcedentibus.

Adiantum ſeu polytrichum aureum medium, capitulo proprio pediculo inſidente. In ſylvis mediterraneis umbroſis.

Polytrichum aureum tertium ſeu minus. C. B. pin. p. 356. Raij. hiſt. p. 124. Polytrichum aureum minus. Lugd. p. 1212. Park. 1052. Bryon quoddam in parietibus ac tegulis naſcens. Cæſalp. p. 602. Polytrichon minus. Schwenckf. p. 164. Callitrichon. Bot. Francof. p. 219. Muſcus minimus terreſtris. Park. p. 1309. An Puempeda. H. Mal. part. 12. p. 71.

p. 71. tab. 37? Muſci capillaris altera ſpecies omnino minor & humilior. Dod. p. 475. Adiantum ἄφυλλον. minus Thal. p. 5. Polytrichum tertium minus. Trag. p. 528. Minus Polytrichum Apuleij. Fuchſ. p. 629. Lon. f. 222. Polytrichum Apuleij minus quorundam J. B. tom. 3. lib. 37. p. 760. Chabr. p. 558. Polytrichum aureum minus Herbariorum. Pon. apud Cluſium. p. 345. Muſcus capilluſve aureus minor. Lob. obſ. p. 646. Muſcus capillaris ſive Adiantum aureum minus. Ger. emac. p. 1559. Adiantum aureum minus. Tab. p. 505. Adiantum aureum, polytrichum aureum. Munt. p. 225. In locis umbroſis humidis, ut hortorum ambulacris, &c. ſatis frequenter occurrit.

Muſcus ſaxatilis vel lichen 1. petræus latifolius ſive Hepatica fontana. C. B. pin. p. 362. Raij. hiſt. p. 124. Hepatica prima. Tab. 2. p. 518. Lichen ſive hepatica vulgaris. Park. p. 1314. Hepatica Icon. Roeſl. p. 25. Lichen. Caſt. Dur. p. 240. Anguill. p. 264. Hepatica. Dorſt f. 145. Lichen. Lon. f. 219. Fuchſ. annot. ap. Brunf. tom. 2. p. 151. Dod. p. 473. Math. p. 732. Lugd. p. 1084. Lac. p. 40. Bot. Francof. f. 97. Turn. p. 2. f. 36. Jecoraria ſeu Hepatica fontana. Trag. p. 523. Lichen, hepatica officinarum. Thal. p. 73. Lichen vulgo fegatella quaſi hepatica Cæſalp. p. 601. Lichen herba Cord. Not. in Dioſc. fol. 65. Hepatica moſco, O Lichena di Imp. p. 649. Hepatica terreſtris Ger. emac. p. 1565. Hepatica fontana. Schwenckf. p. 104. Lichen majus. Munt. pl. cult. p. 486. Lichen tertius Hepatica. Lob. obſ. p. 646. icon. 246. Lichen ſive Hepatica Ambroſ. h. p. 39. Lichen ſive Hepatica fontana. J. B. tom. 3. lib. 37. p. 758. Lichen ſive Hepatica Chabr. p. 557. In umbroſis rivulorum ripis ſatis frequenter.

Equiſetum 13. ſive fœtidum ſub aqua repens. C. B. pin. p. 16. prod. p. 25. Theatr. bot. p. 250. Raij. hiſt. p. 130. Park. 1201. Ger. emaculat. p. 1115. J. B. tom. 3. lib. 36. p. 731. Chabr. p. 551. Equiſeti quintum genus minimum. hiſt. Lugd p 1070. Equiſetum olidum. C. B. Not. in Math. p. 798. Equiſetum ſub aqua repens. Ambroſ. h. p. 26. in fluviis ubique fere.

Plantæ Capillares.

LUnaria elatior Adianti albi folio duplici ſpica. Adiantum ſaxoſum floridum. Plum. p. 29. fig. 43. Infra urbem St. Jago de la Vega dictam ad ripam fluminis Rio Cobre nuncupati ſupra rupem creſcentem obſervavi.

Lunaria elatior matricariæ folio ſpica duplici. Ibidem cum priori.

Phyllitis non ſinuata minor apice folii radices agente. In ſylva admodum alta, umbroſa, opaca, & ſpiſſa ad radicem montis Diablo dicti, ultra pratum Magotty Savanna nuncupatum creſcentem inveni.

Phyllitis arboribus innaſcens folio non ſinuato tenuiori rotundis pulverulentis maculis averſa parte punctato. Charantl. Hernandez. Polypodium foliis linguæ cervinæ majus. Plum. p. 26. fig. 38. An polypodium Indicum Scolopendriæ facie primum Breyn. cent. 1. p. 190. Truncis arborum veterum & ſenio confectarum inſtar viſci præcipue innaſcitur. Tali modo creſcentem inveni viâ quâ locum 16 *mile walk* vocatum itur, & in collibus umbroſis prope *Hope River* in Liguanee.

Phyllitis non ſinuata foliorum limbis *leviter* ſerratis. Lingua cervina longo lato ſerratoque folio. Plumier. p. 27. fig. 39. In ſylvis magnis mediterraneis & umbroſis.

Hemionitis peregrina Cluſ. rar. plant. hiſt. lib. 6. p. 214. Park. p. 1048. Ger. emac. p 1139. Dod. p. 467. hiſt. Lugd. p. 1218. Raij. hiſt. p. 135. Hemionite di Caſt. Dur. p. 211. Hemionitidis varietas altera. Lob. obſ. p. 469. Hemionitis ſecunda ſive minus vulgaris. C. B. pin. p. 354. E Jamaica inſula delatam & ſibi dono datam mihi communicavit Ingenioſiſſimus Botanicus D. Gulielmus Sherard.

Hemionitis aſari folio. Hanc elegantiſſimam hemionitidis ſpeciem ex inſula Madera, ab Hortulano Arthuri Rawdon Bar. delatam mihi dedit Botanicus eximius Dominus Guilielmus Sherard.

Hemionitis folio hirſuto & magis diſſecto ſeu ranunculi folio. Hemionitis aurea hirſuta. Plumier. p. 23. fig. 33. In ripis umbroſis torrentis cujuſdam ſylvæ inter locum dictum

dictum 2 *mile wood, and the Town* Savanna inveni.

Hemionitis foliis atrovirentibus maxime dissectis seu filix Geranii Robertiani folio. Hemionitis profunde laciniata, ad oras pulverulenta. Plumier. p. 24. fig. 34. cum præcedente.

Hemionitis peregrina foliorum segmentis sinuatis longioribus, & magis acuminatis seu hederæ folio anguloso. E Jamaica insula delatam communicavit D. Sherardus.

Phyllitis minor scandens foliis angustis. Phyllitis scandens cauliculis squammosis. Plum. p. 29. fig. 42. Truncis arborum in sylvis mediterraneis innascebatur.

Phyllitis scandens minima muscifacie foliis membranaceis subrotundis. Adiantum muscosum lichenis petræi facie. Plumier. p. 34. fig. 50. Supra arborum truncos humidiores in sylvis mediterraneis umbrosis prope ripas fluminum, Rio doro & *Orange River* dictorum inter 16 *mile walk* & *St. Maries* crescentem collegi.

Phyllitidi scandenti affinis major folio crasso subrotundo Truncis arborum altiorum, vel rupibus humidioribus mediterraneis ubique fere innascitur.

Phyllitidi scandenti affinis minor folio crasso oblongiori. Truncis arborum in Monte Diablo, *Archers ridge*, ripis fluminis *Orange River* dicti, & aliis sylvis mediterraneis insulæ Jamaicæ innascitur.

Phyllitidi scandenti affinis minima folio crasso oblongiori, cum priori.

Phyllitidi scandenti affinis minor, foliis subrotundis acuminatis ex adverso sitis. Truncis arborum innascebatur prope ripas fluminis Rio d'oro dicti.

Phyllitidi scandenti affinis minor graminifolia folio oblongo acuminato, foliorum pediculis alis extantibus auctis. cum priori.

Phyllitidi scandenti affinis major graminifolia folio oblongo acuminato foliorum pediculis alis extantibus auctis. cum præcedentibus.

Polypodium altissimum. Filix Africana maxima Polydii facie Herman. P. B. p. Pluck. phyt. tab. 179. fig. 1. p. 335. Polypodium majus aureum. Plumier. p. 25. fig. 35. In mediterraneis montibus Jamaicæ insulæ hanc Polypodii speciem collegi.

Lonchitis palustris maxima. Phyllitidis species Bont. p. 122. Filicis exoticæ nona species seu filix non ramosa foliis

integris

integris non ſerratis maxima Indiæ orientalis. Breyn. cent. 1. p. 189. La Scolopendre. Du Tertre. p. 89. Rochefort. p. 130. Filix paluſtris aurea, foliis linguæ cervinæ. Plumier. p. 5. fig. 7. In paluſtribus inſulæ Jamaicæ copioſe creſcit, viz prope *Black River Bridge*, viâ quâ *Old Harbour* itur,& fluvium ſalitum prope *Paſſage Fort*.

Lonchitis Aſplenii facie pinnulis variis, viz. ſubrotundis, & ex utroque latere auriculatis. Filix non ramoſa ſcolopendrioides. Plumier. p. 7. fig 11. Ex inſula Jamaica adduxit Jacobus Harlow Hortulanus Arthuri Rawdon Batonetti, qui mihi per Doctorem Sherard communicavit.

Lonchitis altiſſima, pinnulis utrinque, ſeu ex utroque latere auriculatis. Cum præcedente accepi ab eodem

Lonchitis altiſſima, pinnulis raris non laciniatis. In monte Diablo dicto provenientem collegi.

Lonchitis major, pinnis latioribus, leviter denticulatis, ſuperiore latere auriculatis. Lonchitis glabra major, Plumier. p. 18. fig 27. In Jamaicæ Inſulæ mediterraneis montibus provenit

Lonchitis minor pinnis latioribus leviter denticulatis, ſuperiore latere auriculatis. E rupium commiſſuris exibat ad ripas fluvij Rio d'oro dicti prope 16 *mile walk*.

Lonchitis major pinnis anguſtioribus leviter denticulatis ſuperiore latere auriculatis Cum aliis hujus generis plantis in ſylvis mediterraneis umbroſis & ſaxoſis creſcentem collegi.

Lonchitis major pinnis longis anguſtiſſimiſque. In rupium commiſſuris, via umbroſa, quâ locum 16 *mile walk* dictum, itur, provenientem collegi.

Polypodium minus pinnulis raris ſubtus cinereis Filicifolia ſeu polypodium tenuifolium minus Virginianum, Plukenet. tab. 89 fig. 9. Polypodium radice tenui & repente, Plum. p. 25. fig. 36. Rupibus innaſcitur in ſylva montana prope *Mr.* Elletſon's *Plantation in* Liguanee.

Lonchitis minor pinnulis anguſtis crebris tenuibus atrovirentibus. Polypodium nigrum tenuius ſectum, Plum. p. 26. fig. 37. Cum priori.

Lonchitidi affinis arbor anomala folio alato è pinnarum crenis fructifero. Phyllanthos Americana planta flores è ſingulis foliorum crenis proferens, P. B. prodr. Herm. p. 365. Hemionitidi affinis Americana epiphyllanthos, folio ſimpliciter pinnato, Hippogloſſi æmulo, radice reptatrice lignoſa

ad

ad foliorum crenas florida. Pluckenet, tab. 36. fig 7. In collibus sylvaticis saxosis prope *Mr.* Batchelour's *house*, copiosè provenit.

Trichomanes majus pinnis sinuatis subtus niveis. Inter rupes in colle sylvatico, prope *Mr.* Elletson's *Plantation in* Liguanee,

Trichomanes majus totum album pinnis aculeatis Trapezij figura. è rupium aridiorum commissuris exibat, via qua 16 *mile walk* itur.

Trichomanes majus nigrum pinnis leviter dentatis Trapezij figura. In ripis Rio d' oro è rupium commissuris exibat, necnon in sylvis meditetraneis saxosis reperiebatur.

Trichomanes majus nigrum, pinnis Trapezij figura latissimis tenuibus. E Jamaica Insula attulit Hortulanus Arthuri Rawdon Baronetti; mihi hanc plantam communicavit Botanicus callentissimus Dominus Sherard.

Trichomanes foliolis longioribus eleganter superna præsertim parte laciniatis. Ad ripas Rio d'oro, Prope *Mr.* Philpot's *Plantation in* 16 *mile walk*, e rupium commissuris exibat.

Trichomanes, foliolis dentatis, superiore latere auriculatis. Polytrichum saxatile dentatum, Plumier. p 35. fig. 50 C. Adiantum maritimum segmentis angustioribus, Pluckenet. Phytogr. tab. 124. fig. 5. In rupibus udis ad ripas Rio d'oro versus Jamaicæ Insulæ partem septentrionalem inveni. E Barbadoes & Bermuda Insulis sibi delatam ostendit Botanicus egregius Dominus Jacobus Pettiver.

Filix maxima in pinnas tantum divisa oblongas latasque non crenatas. In lateribus montis Diablo crescentem collegi.

Filix major in pinnas tantum divisa oblongas latasque non crenatas à basi rotundiore ad apicem se sensim angustantes. An filix latifolia non ramosa nigris tuberculis pulverulenta, Plum. p 6. fig. 9? E Jamaica Insula adferebatur ab Hortulano Arthuri Rawdon Baronetti, mihique eam communicavit Dominus Sherard.

Filix major scandens in pinnas tantum divisa oblongas latasque non crenatas. Truncos arborum grandiores in latere montis Diablo meridionali scandit, ad 20 aut 30 pedum altitudinem. Reperitur etiam ibidem foliis crenatis. Filix

ſcandens latifolia ſerrata. Plumier. p. 8. fig. 12. Panna valli. Hort. Malab. part. 12. p. 69. tab. 35.

Filix major ſcandens in pinnas tantum diviſa, oblongas latiſſimas non crenatas. E Jamaica Inſula ab Hortulano Arthuri Rawdon Baronetti advehebatur & à Domino Sherard mihi communicata.

Filix major in pinnas tantum diviſa, oblongas anguſtaſque non crenatas. In ripis Rio d'oro prope *Archers ridge* inter 16 *mile walk*, & St. *Maries* copiosè provenit.

Filix minor plerumque trifida, pinnis oblongis latiſque non crenatis. An Polypodium Indicum ſcolopendriæ facie ſecundum Breyn. cent. 1. p. 191? In ſylvis umbroſis meridionalis lateris montis Diablo dicti collegi.

Hemionitidi affinis Filix major Trifida auriculata pinnis latiſſimis ſinuatis. An Caticaa ſive Polypodium Piſon. p. 233? An Hemionitis maxima trifolia. Plumier. p. 22. fig. 22? In umbroſo & nemoroſo colle prope *the Orange-walk*, ad ripas Rio Cobre, *in the Creſcent Plantation* provenire obſervavi.

Filix major in pinnas tantum diviſa, raras, latiores, oblongas, ſtriatas, ex adverſo ſitas, & non crenatas. In lateribus montis mediterranei Diablo dicti collegi.

Filix major in pinnas tantum diviſa, raras, oblongas lataſque crenatas. Filix an Polypodium Marcgr. p. 2. Filix non ramoſa foliis integris ſerratis Braſiliana. Breyn. cent. 1. p. 188. Filix latifolia non ramoſa rotundius crenata. Plumier. p. 7. fig. 10. Ad ripas Rio d'oro prope 16 *mile walk* provenientem obſervavi.

Filix minor in pinnas tantum diviſa, crebras plerumque ex adverſo ſitas oblongas lataſque crenatas. In monte Diablo *Archers ridge*, nec non aliis ſylvis mediterraneis Jamaicæ Inſulæ reperitur.

Filix minor in pinnas tantum diviſa, raras, oblongas lataſque crenatas. Cum priori.

Filix minor, in pinnas tantum diviſa, crebras non crenatas inferiore latere auriculatas & rotundis pulverulentis areolis averſa parte notatas. In montis Diablo dicti lateribus reperitur.

Filix minor, in pinnas tantum diviſa, crebras non crenatas auriculatas & lineis pulverulentis averſa parte notatas. Lonchitis juxta nervum pulverulenta. Plumier. p. 20. fig. 29. b, Cum priori.

Filix

Filix minor ruffa lanugine tota obducta in pinnas tantum divisa, raras non crenatas subrotundas. Communicata mihi fuit hæc planta perelegans à D Sherard, qui eam ab Hortulano Arthuri Rawdon Baronetti accepit.

Filix minor, in pinnas tantum divisa, ex adverso sitas oblongas, latasque non crenatas, infimis ad basin auriculatis. In sylvis mediterraneis montanis Insulæ Jamaicæ invenitur.

Phyllitis ramosa trifida. In Insulæ Jamaicæ sylvis mediterraneis.

Phyllitidi multifidæ affinis filix scandens, in pinnas tantum divisa, oblongas, angustas non crenatas. An filicis alia species in Insula Tamaraca. Marcgr. p. 2? Ad 12 vel 15 pedum altitudinem, truncos arborum montis Diablo, *Archers ridge*, *Mountain River Plantations*, nec non sylvarum aliarum montanarum mediterranearum Insulæ Jamaicæ, scandit.

Phyllitidi multifidæ affinis filix scandens in pinnas tantum divisa, oblongas, angustas laciniatas. Filicis an species. Marcgr. p. 2. Filix scandens perpulchra Brasiliana. Breyn. cent. 1. p. 185. Filix scandens exotica anomala. Raij hist. p. 153. An Isieru-valli-panna vel Warapoli. H. M. part. 12. p. 65. tab. 34? An Valli-panna H. M. part. 12. p. 63. tab. 32? An Isieru-valli-panna altera. H. M. part. 12. p. 67. tab. 33? Truncos arborum sylvæ prope *Captain* Heywood's *Plantation in St. Maries* in Insulæ Jamaicæ parte septentrionali scandentem observavi.

Filix non ramosa maxima, furculis raris, pinnis variis inferioribus scil. oblongis acutis, superioribus verò asplenij subrotundis. Circa montem Diablo dictum copiosè crescit.

Filix non ramosa major, furculis raris, pinnulis crebris latis, minimis, brevibus aculeatis. Ad ripas Rio Cobre via qua ab urbe St. Jago de la Vega locum 16 *mile walk* dictum itur, copiosè provenit.

Filix non ramosa major, furculis raris, pinnulis longis angustis rarissimis. In ripis Rio d'oro inter 16 *mile walk* & St. *Maries* collegi.

Filix non ramosa major, furculis crebris, pinnulis longis angustis. Filix non ramosa latius dentata. Plumier. p. 11. fig. 17. Ad ripas fluviorum mediterraneorum nemorosorum hujus Insulæ Jamaicæ oriebantur multæ hujus filicis varietates.

Filix non ramosa major, furculis raris brevioribus, pinnulis crebris latis brevibus non aculeatis. A Jamaica Insula sibi delatam communicavit Dr. Sherardus.

Filix non ramosa major, furculis crebris, pinnulis brevioribus angustis. An Filicis exoticæ secunda species seu filix non ramosa Brasiliana foliis asplenii acutioribus Breyn. cent. 1. p. 187? Ad ripas saxeas fluviorum *Orange River*, & Rio d'oro dictorum inter 16 *mile walk* & St. *Maries* invenitur.

Filix non ramosa minor, furculis crebris, pinnulis longis latisque. Cum priori.

Filix non ramosa minor, furculis crebris, pinnulis brevissimis angustis. Infra urbem St Jago de la Vega ad ripas fluvii Cobre dicti collegi.

Filix non ramosa minima, furculis crebris, pinnulis brevissimis angustis. Cum priori.

Filicula non ramosa minima, furculis crebris, pinnulis angustissimis raris. Ad rivulos mediterraneos umbrosos.

Filix non ramosa scandens, pinnulis latis, longis, crebris, obtusis & dentatis Para-panna-Maravaca. H. Mal. part. 11. p. 31. tab. 15. Arbores grandiores, laterum montium mediterraneorum Diablo & *Archers Ridge* dictorum circumvolvebat.

Filix non ramosa minor, caule nigro, furculis raris, pinnulis angustis dentatis raris brevibus acutis subtus niveis, Adiantum nigrum Americanum pulvere candidissimo aspersum. Breyn. cent. 1. p. 190. Adiantum Calomelanos Americanum seu Adiantum nigrum foliis prona parte candidissimis. Pluckenet. tab. 124. fig. 3. Adiantum nigro simile albissimo pulvere consperſum. Plum. p. 30. fig. 44. Avenca minor. Marcgr. p. 23. Conambai miri sive adianti species. 2. Pis. p. 234. In rupibus umbrosis mediterraneis Insularum Jamaicæ & Barbados invenitur.

Filix non ramosa minima, caule nigro, furculis raris, pinnulis angustis raris brevibus acutis subtus niveis. Cum priori.

Filix non ramosa major, caule nigro, furculis raris, pinnulis angustis raris longis dentatis. In rupibus ad ripas *Orange River*, & Rio d'oro prope Mr. *Philpott's Plantation* in Insulæ Jamaicæ parte septentrionali.

Filix

Filix non ramosa minor, caule nigro, furculis raris, pinnulis latis dentatis subtus niveis. In Insulis Barbados vel Nieves reperi.

Rutæ murariæ accedens Filicula non ramosa minima, pinnulis subrotundis profunde sciſſis. E rupium commissuris ad ripas Rio d'oro inter 16 *mile walk*, & St. *Maries* exibat.

Rutæ murariæ accedens Filix minor non ramosa, pinnulis subrotundis profunde sciſſis. Filix pinnulis cristatis Plumier. p. 16. fig. 25. A cum priori.

Ruta muraria major foliis variis, scil. oblongis integris & subrotundis serratis. Exibat è rupium fissuris ad ripas fluviorum *Orange River*, & Rio d'oro in Jamaica Insula.

Ruta muraria maxima foliis oblongis crenatis. Cum priori.

Filix non ramosa minor, pinnulis crebris, obtusis, crenatis. Cum præcedentibus.

Adiantum nigrum maximum non ramosum pinnis crebris, majoribus crassis & Trapezii in modum figuratis. Avenca *of an Anonymus Portugal.* Purchas. lib. 7. cap. 1. p. 1312. Conambai-miri sive Adianti species prior vel Avenca Lusitanis. Pison. p. 234. In ripis torrentis ultra *Troopers Quarters* prope urbem St. Jago de la Vega & in sylvis mediterraneis Insulæ Jamaicæ frequenter.

Adiantum nigrum majus non ramosum, pinnulis & furculis rarioribus, crassis & Trapezii in modum figuratis.

Adiantum nigrum ramosum pulverulentum & falcatum. Plum. p. 32. fig. 47. In sylvis mediterraneis passim.

Adiantum nigrum minus non ramosum, pinnulis majoribus crassis Trapezii in modum figuratis. Adiantum Barbadense auriculatum ramosum segmentis crassioribus minutissime denticulatum. Pluckenet. phytogr. tab. 125. fig. 2. Ad semitas in monte *Archers Ridge* dicto & aliis Insulæ Jamaicæ sylvis mediterraneis.

Adiantum nigrum non ramosum, majus pinnulis majoribus tenuibus Trapezii in modum figuratis. Cum priori.

Adiantum nigrum non ramosum majus, furculis raris pinnulis densis crassis minimis cristatis & Trapezii in modum figuratis. Filicis exoticæ prima species seu filix non ramosa Brasiliana pinnulis cristatis Breyn. cent. 1. p. 187. Adiantum ramosum foliis Trapeziis dentatis. Plumier. p. 31. fig. 46. In sylvis montanis prope *Mr.* Elletson's *Plantation* in Liguanée *Archers Ridge*, &c.

Adiantum

Adiantum nigrum majus non ramoſum, ſurculis è pediculi communis ſummitate tanquam centro prodeuntibus & ſtellæ in modum radiatis. Polytric du Tertre. p. 88. Adiantum ramoſum radiatum. Plum. p. 33. fig. 49. In ſylvis non procul à *Captain* Drax's *Plantation*, & prope urbem olim Sevilla dictam in Inſulæ Jamaicæ parte ſeptentrionali.

